

Gemmula Apostolica adversus omnia melancholice spectra, demonum incantamenta, errorum pericula, fortunæq; ludibria longè longèq; efficacissima, & quotidianis tentationum paroxysmis probatissima:

Scimus quòd diligentibus DEUM, Omnia in bonum cooperantur Rom. 8. v. 28.

Exosculatio centuplex; sive paraphrasis centies variata, totidem distichis; nec ad votum tamen satis expressa:

Ad Virum Reverendum admodum, Spectatissim. Doctissimumq;

Dn. BARTHO

LOMÆUM JACOBI Cænobij B. Virg. Magd. Præpositum Amplissimum, Poëtam eximium; & hospitem tum temporis suum, cum in itinere Magdæburgensi affecta hæc, confecta; ferè essent à

PAULO ROBERO D. Aula Hal. à Concion.

Qui hæc tum communi horum exulceratissimorum temporum solatio, tum suo dolori leniendo, quem ex obitu filioli sui unici PAVLI CHRISTIANI, nati d. 14 Sept. 612. denati 2. Dec. conceperat, cujus concioni funebri gnome illa Apostoli textui fuit, ita meditatæ est,

August. de curâ pro mortuis gerendâ c. 18. Corpori humano quicquid impenditur, non est præsidium salutis, sed humanitatis officium, secundum affectum, quo nemo unquam carnem suam odio habet.

HALÆ. Saxonum.

Typis exscripsit **PETRUS FABER,**
Typographus Aulicus.

Paraphrasis Epigrammatica dicti A postolici:

1. *Non disperit, Deum qui deperit.*

Si quis amore Deum sancto perit incitus œstro,
 Non perit, aut reperit commoda, quando perit.

2. *Φυσιολογικόν.*

*Hieron. de 24. mans. 25, Tom. 4. Radicum amaritudi-
 nem pomorum suavis compensabit.*

Melleolos fructus radix ut amara malorum
 Gignat, ama superos, nec nisi mella metes.

3. *Medicum.*

Nobilis ex ipsis ut fit medicina venenis,
 Sic pius è noxis arma salutis habet.

4. *γλυκύπικρον.*

*Hieron. ibid. mansione quinta. Apud medicos quoq̄ qua-
 dam antidotus noxios humores temperans ex amaritu-
 dine nuncupatur, quæ dulcis ostenditur restituens sani-
 tatem: sicut e contrario voluptas atq̄ luxuria amaritudi-
 ne terminatur.*

Omnia amarities dulcescit amore JEHOVAE,
 Omnia ut est mundi verus amator, amor.

5. *In Gottes Mahmen sehet sich alles Unglück an/oder vielmehr
 alles Glück und lauter Wohlfarth.*

Numen ama, si vis mala cernere semper & hostes,
 Si mala vis nunquam cernere, Numen ama.

6. *Prora & puppis nostra salutis.*

Si mala quæq̄ mihi cedunt benè Numen amanti,
 Sit mihi prora, Dei, sit mihi puppis, amor.

7. *Amor vertit omnia.*

Omnia vertit amor, nam si mihi Numina cordi,
 Casus omnigenos in bona vertit amor.

8. *In*

Scimus quod diligentibus Deum etc.

8. *In funere fanus. Exilium sepe auxilium.*

Omnia vertit amor, nam funera foenora reddit,
Auxilium exulibus numinis addit amor.

9. *Post nubila Phæbus.*

Clades in laudes, in jubila nubila vertit,
Ut centro, in solo numine fixus amor.

10. *Motus circularis perfectissimus.*

Omnia mutat amor Domini, quadrata rotundis,
Dextris læva, bonis tristia, damna lucris.

11. *Es ist noch nicht erschienen/was wir sehn werden 1. Joh 3 v. 2.*

Audio, non video benè cedere cuncta fideli,
Sit mihi non surdus, sit mihi cæcus amor.

12. *Perissemus nisi perissemus.*

*Anaxagoras, cum possessiones suas desertas videret,
Non essem inquit, saluus ego, nisi istæ perissem. Gloss.
Ang de civ. Dei l. 2. c. 2.*

Pessum iret sanctus, nisi pessum sapius iret,
Ne cadat ergo, cadit, ne pereatq; perit.

13. *Polo, non solo.*

Multos perdit amor, tu si vis tutus amari,
Tutus amare, solum despice, quære polum.

14. *Amor duplex.*

*August. in Manuali c. 27. Amor mundi allicit, & de-
cipit. Amor peccati polluit & ad mortem conducit. A-
mor Dei mentem illuminat, conscientiam mundat, ani-
mam lætificat & Deum demonstrat.*

A 2

Per-

Paraphrasis Epigrammatica dicti Apostolici:

Perdit amor multos, Domini non perdit amicos,
Quos ipsa Dominus perditione beat.

15. Ihr gedachts böse mit mir zu machen, Aber G. D. Gedachts
gut zu machen 1: Mose 50. v. 20.

Nescit amatores Domini fors perdere tristis,
Nescia, sed quæ vult perdere parte, beat.

16. Bonis nunquam malè, Malis nunquam benè.

Ut benè nullus habet, felix licet, osor JESU:
Sic licet infelix, non malè cultor habet.

17. Mala ne tu ne malè habeant,

Cum mala justus habet, malè non habet, omnia profunt,
Immo malus melior, quam bonus, hic genius.

18. Amarantus 1. non marcessit.

2. Decerptus nascitur letius 3 folia aqua macerata re-
viviscunt, Vide Plin. l. 19. c. 8.

Contemptor divum, quæ floret perditur aurâ,
Ipsis interitus floret amator aquis.

19. Amor pulcrorum.

Dilige, quod nævo caret omni, dilige Christum,
Nævos in veneres transferet ille tuos.

20. Ex 78. oğav 70. egav.

Non semper, vide pulera ap. Augustin. de si-
de rerum invisibilium c. 2. Tom. 10.

Quem non vidit, amat mea mens, sed in audijt; aures.
Qui benè semper habet, sunt in amore duces.

21. Jch

Scimus quod diligentibus Deum &c.

21. Ich lasse dich nicht du segnest mich denn 8. Mos. 32,
v. 26.

Si mala te laciunt, DOMINO constanter adhære,
E nihilo, e q; malis res creat ille bonas.

22. Meteorologicum,

Acris é vitio fit fulmen & aëra purgat,
Non obsunt, profunt sic nocitura pijs.

23. Minerale. Ich wil dich auserwehler machen ic.

Non vincunt flammæ, faciunt sed pulcrius aurum,
Aureus est, auri qui vice, Numen amat.

24. E morte vita.

Summa Salus Deus est, quâ si quis amore potitur,
Mors illi fuerit vita, ruina salus.

25. Effectus melior suâ causâ.

Aug. Ench. ad Laur. c. 27. Melius enim iudicavit de
malis benè facere, quàm mala nulla esse permittere.

Summa JHOVA salus, mala non inferret amicis,
Hinc nisi proferri posset amica salus:

26. Aller schöne Meister/ Welsch. 13. v. 4.

Dilige quod pulcrum est, quid Numine pulcrius ipso?
Qui faciet maculas luxq; decusq; tuas.

27. Elobe ist starck wie der Todt. Nohel. 8. v. 6.

Mille mali species quod sunt mihi mille salutes,
Efficit omnipotens Omnipotentis amor.

28. Persecutores, promotores,

A 3

Ans

Paraphrasis Epigrammatica dicti Apostolici:

*Anselm. de simil. c. 161 Bonus homo de omnibus ho-
minibus bonis & malis utilitatem sibi acquirit.*

Quæris ab hoste feras, an amico, plusne malorum?
Fers ab utroq; bonum, te modò Numen amet.

29. *Bonum quod humiliasti me Ps. 119. v. 71.*

Non cadit ut pereat, sed ut acrior inde resurgat,
Quisquis inadspicuum pectore Lumen amat.

30. *Numini plusquam nummo.*

Urat amor nummi fatuos, me Numinis urit,
Parva salus nummo, Numine sola salus.

31. *Lq. ajachel, Job. 13. v. 15.*

Vror amore tui, dulcissime semper JESU,
Me licet occidas, uror amore tui.

32. *Luth. in Elsch. p. 442.*

*S. Bernh. hat pflegen zu sagen. Ecce in pace amaritudo
mea amarissima, id est, In Friede ist meine Traurigkeit
am aller größten. Die Kirche stehet nimmer ärger, denn
wenn sie Ruhe und Friede hat.*

Non malè justus habet, Christo duce & auspice Christo;
Sæpe tamen melius, cum malè, justus habet.

33. *Pius est ab omni parte beatus.*

Numen amore sequens, est parte beatus ab omni,
Cum differt, illi fert quoq; Numen opem.

33. *Je größer Noth! je näher Gott.*

CHRISTE tuis ego, tuq; meis amplexibus hæres,
Cum mala me tangunt, te quoq; tango magis.

34. *ΑΥΤΕΩΣ.*

O dulcis IESU te diligo, diligar abs te,

Phil.

Scimus quod diligentibus DEUM, &c.

Philtro erit tua sic virgula, philtro erit:

35. *Color pudoris pulcerrimus.*

Demades ἦν ἀδῶ ἢ κάλλος ἀκρόπολιν dixit.

Si me Numen amat, benè cedunt omnia; pulcrum
Quis faciet, cum sim nil nisi culpa? PUDOR.

36. *Malum optabile.*

Felix illa mali species, & mille figuræ,
Quas, si Numen adest, in bona format amor.

37. *Sum major, quam cui possit fortuna nocere.*

Quem tibi, summe Deus, conjungis amore fideli,
Altior est, quam cui fata nocere potis.

38. *Arithmeticum.*

Quam sum dives opum! nam tot bona, totq; salutes,
Sunt mihi, quot noxæ: cur ita? Numen amo.

39. *Physico æcon.*

Non vitiat vites, sed alit, sed perficit æstus,
Ergo, cor, in CHRISTO vivere vite velis.

40. *Balsamum. Plin. l. 12. c. 15.*

*Tondetur similiter fruticans ac rastris nitescit etc. Inci-
ditur vitro, lapide, osseis vè cultellis etc. Succo è plagâ ma-
nat, quem Opobalsamum vocant, suavitatis eximia,*

Mens ut amica DEO virtutum fundat odores,
Cæde opus est, vitro balsama cæsa fluunt.

41. *Rhetoricum.*

Non ab Inutilibus Rhetor mihi nocte sequelam,
Casus enim sanctis utilis omnis erit.

42. Do.

Paraphrasis Epigrammatica dicti Apostolici:

42. *Donatus practicus.*

Si quis amatq; docetq; legitq; auditq; JEHOVAM,
Sortis an hunc pigeat pænitate malæ?

43. *Metaphys.*

Quæ mala justus habet, bona sunt, Privatio (mirum!)
Est habitus, quâ vi factus? amore DEI.

44. *Eona non amplius triplicia.*

Corpora, Sors, Animus tria vulgò castra bonorum,
Quartum addo; Bona sunt nam mala quæq; pijs.

45. *Affectus non alij grati, alij ingrati.*

Gaudia spesq; boni motus; metus angor, acerbi,
Adsit amor Domini, nullus acerbus erit.

46. *Phys.*

*Plin. l. 19. c. 1 Inventum est etiam, quod ignibus non
absumeretur: Vivum id vocant, ardentescq; in focis con-
viviorum ex eo vidineq; mappas, sordib; exustis splen-
descentes igni magis, quam possunt aquis. Regum inde
funebres tunicae corporis favillam ab reliquo separant
cinere. etc. Æquat pretia excellentium margaritarum.
Vocatur autem à Græcis asbestinum.*

Ut magis ex ipsis splendent asbestina flammis,
Pulcrior incenso fit pius igne crucis.

47. *Onus, honor.*

Non mihi sunt oneri mala, sed ducuntur honori,
Tanta salutifero vis in amore DEI.

48. *Quæ*

Scimus quod diligentibus Deum. &c.

48 *Que onerant, ornant.*

Curarum haud onerat me sarcina dura, sed ornat,
Dummodo magnanimo pectore Numen amem.

49. *Iulius in navi, quin imò Christus.*

Ne te naufragium perdat, sed ducat in ipsum.
Spe citius portum, nauta sit ipse Deus.

50. *Compassus, seu sciotericon Christianorum.*

Cor ferrum, cynosura Deus, dilectio magnes,
Sic mihi monstrat iter, non nocet, umbra mali.

51. *Nostri sunt myrrhati in Domino Luth. in c. 50. Gen. V. Plin.
l. 12. c. 15. 16.*

Myrrha solet vitijs, acris licet illa, mederi,
Sic si numen amas quid nisi myrrhâ, mori?

52. *Sub umbra alarum Domini.*

Ut colubros abigit mirandâ fraxinus umbrâ,
Te fugit omne malum, si tegat umbra DEI.

*Plin. l. 16. c. 13. Tantaq; est vis ut ne matutinas qui-
dem, occidentes vè umbras, quùm sunt longissima, ser-
pens arboris ejus attingat, adeò ipsam procul fugiat.
Experti prodimus: si frondè ea gyro claudatur ignis
& serpens; in ignem potius, quàm in fraxinum fugere
serpentem.*

53. *Spero invidiam.*

Invidiam sperat, furiasq; aciemq; malorum,
Mortis & omne genus, numina quisquis amat.

54. *Non putaram.*

Facta mea ô infecta forent, indictaq; dicta,
Sed feci, dixi; sim pius, omne juvat.

B

55. *Salus*

Paraphrasis Epigrammatica dicti Apostolici:

§ 5. *Salus ex inimicis.*

Oderit, ejiciat me mundus, adhæreo CHRISTO,

Ex inimicitiiis sic mihi certa salus.

56. *Tela non vulnerantia. Aug. l. 11. de civ. Dei c. 18.**Neq̄ enim Deus illum non dico angelorum, sed vel hominum crearet, quem malum futurum esse præscisset, nisi pariter nosset, quibus eos bonorum usibus commendaret.*

Opprimar innumeris ego telis, tela salutes

Innumeras, cordi si mihi Christus, habent.

§ 7. *Ferar, an auferar?*

Mundus amet, clametvè, ferat feriatvè, perinde est;

Dummodo Numen amet, dummodo Numen amem.

§ 8. *Astronomicum.*

Ortus ut est aliis occasus, amator JESU,

Sic tibi casus atrox ortus honoris erit.

§ 9. *Amor honestus simul utilis.*

Ne mala te lædant, te neglige, dilige Christum,

An tamen hoc non est se quoque diligere?

60. *παθήματα, παθήματα.*

Ut nocumenta docent bona multa, juvantque fideles,

Omnia perversis sic documenta nocent.

61. *Bernh. serm. 54. in Cant.**Cooperetur mihi in bonum etiam diaboli malum & lavem manus meas in sanguine peccatoris.*

Dæmonis è lapsu capiunt sua commoda sancti,

Ut sua vipereus pharmaca sanguis alic.

62. *Verberibus, si verbis non sufficit.*

Oscula sunt potiùs, quàm verbera, verbera JOVÆ,

Qui verbo, qui nos verbere recta docet.

63. O.

Scimus quod diligentibus Deum et c.

63. Omnes Creaturae serviunt amicis Creatoris.

Quando creator amat, tunc te vel toxica sanant,
Ergo creatorem, mens, ut ameris, ama.

64. *Vulnus, salus.*

Vulnus amoris alo venis, te diligo J E S U,
Per mala cuncta salus hoc mihi vulnus erit.

65. *Aliquid e nihilo.*

Multum est a diris non laedi, majus ab illis
Ferre lucrum, sanctis praestat utrumque Deus.

66. *Miraculum Amoris maximum.*

Mirus amor semper, miracula sed omnia vincit,
Quod Domini e damnis faenora gignit amor.

67. *Peccata ipsa ad bonum diriguntur.*

Dum non crimen erat, lacrymae PETRE, MAGDALA, ve-
Non aderant, prodest culpa vel ipsa piis. (stra

Bernb. de fall. praesentis vita.

Veruntamen solerter attende, quod non ad libitum
famulari, sed cooperari dicit ad bonum. Neque enim
ad voluntatem serviunt, sed ad utilitatem; non ad
voluptatem, sed ad salutem; non ad votum sed ad
commodum nostrum. Usque adeo siquidem in hunc
modum omnia nobis cooperentur in bonum, ut en-
ter haec omnia, etiam ea quae nihil sunt, numeren-
tur molestia, morbus & ipsa mors etiam, & PEC-
CATVM, quae quidem constat naturas non esse,
sed natura corruptiones. An vero ei peccata ipsa
non cooperentur in bonum, qui ex eis humilior, ser-
ventior, sollicitior, timorator & cautior invenitur?

B 2

68. Ly



Paraphrasis Epigrammatica dicti Apostolici:

68. *Lydio tyranno beatior.*

Præstat amare DEUM. quàm Cræsi vivere vitam,
Hic quia quot clades, tot bona præstat amor.

69. *Est quædam flere voluptas.*

Sperne voluptates, tibi sit DEUS una voluptas,
Ipsa voluptates sic tibi flagra ferent.

70. *Methodus non dispendiosa.*

Nosse cupis dulcis compendia dulcia vitæ,
Ipsa tibi profint ut mala, Numen ama.

71.

Nil optabilius quàm, nil optare: quid optet,
Qui sibi Numen habens, omne quod optat, habet?

72. *Crimen sine discrimine & discrimen sine crimine.*

Dilectoribus DEI omnia cooperantur, id est, simul fi-
unt cuncta in bonum: quia in bonum vertuntur illis
omnia, quæcunq; ipsis accidunt, non solum illa, quæ ap-
petuntur, ut molesta. Usq; adeò prorsus omnia, ut eti-
am, si qui eorum deviant, & exorbitant, etiam hoc i-
psum eis proficiat in bonum, quia humiliores redeunt,
atq; doctiores, & robustius atq; cautius post insistent bo-
nis actibus. Ansh. in c 8 ad Rom.

Crimina sunt sanctis, ideò & discrimina, verùm
Ultraq; virtutum nobile calcar habent.

73. *Quæ efficiunt, officio sunt.*

Flagra, cruces, flammæq; catenatiq; labores,
Officiunt reprobis, officiosa pijs.

74. *Fides, Spes, Caritas.*

Lilia de spinis capiet, de vepribus uvas,
Si quis amore DEUM. speq; fideq; colit.

75. *Premor, non perimor.*

Non perimit, quæ me premit Ilias ulla malorum, Im-

Scimus quod diligentibus Deum &c.

Immò voluptatum chillas illa pijs.

76. *Abyssus abyssum invocat.*

Cum te myriades trismyriadesq; dolorum,
Vexant, numen ama, sic dolor ipse juvat.

77. *Cheirurgicum.*

Vulnera sæpè ferunt ægris nec opina salutem,
Sis pius & quodvis fert tibi vulnus opem.

78. *Astronomicum.*

Pleraque magna docent Lunæ Solisque labores.
Lumine proficiunt deficiente pij.

79. *Amiantum. 1. Pet. 1. Hier. inc. 41. Ezech. tom. 5. fol. 250. b.*

Mensa thymiamatis nihil ab igne patiatu; sed ut dicam igne purius fiat Sicut enim sanctorum opera, de quibus scribit Apostolus: Vniuscujusq; opus quale sit, ignis probabit. non pereunt, sed per ignem puriora monstrantur: ita & altaris ligna quæ de ignis paradisi sunt, non cremnatur igne vicino, sed puriora redduntur. Nec mirum hoc de sanctuario & interioribus templi, & altari thymiamatis credere; cum etiam ἀμίας ligni genus est, vellini habens similitudinem; quanto plus arserit, tantò mundius invenitur.

Purius, ut perhibent, Amianton ab ignibus ipsis
Redditur, ut melior sanctus ab igne crucis.

80. *Aulicopoliticum. Etiam illos, quos servavit, perdidit.*

Aula suos perdit quos servat, servat amicos
Quos perdit Dominus, me quoque perdat ita.

81. *Sphericum.*

Non nisi per nebulas sortis pia dogmata nigræ
Discimus, ut stellas non nisi nocte vides.

B 3

Psal.

Paraphrasis Epigrammatica dicti Apostolici:

82. Psalm. 1. 6.

Mors preciosa Deo est, non perniciofa piorum,
Sic planctus plausus, sic mala mille salus.

83. Theoria solis.

Sol nisi momento totus non deficit unquam;
Aque suis nullo tempore CHRISTUS abest.

84. Ἐγὼς ἐν φωνῆς. Aug. l. 8. De Trinit. c. 10.

Quid esto ergo amor nisi quaedam vita duo aliqua co-
pulans vel copulare appetens, amantem scilicet &
quod amatur? & hoc etiam in externis carnalibusq;
amoribus ita est.

Si quod amas unum fit tecum (Amor unio certè)
Numen ama, in mundo sic Deus alter eris.

85. Cbeirurgicum.

Vulnera rectanglis noceant magis orbica, quæris?
Si pius es, profunt utraque, neutra nocent.

86. Astron.

Lunam ultra, nigra nulla patent, Solisvè labores,
Lunam ultra, Domino quisquis adhæret, agit.

87. Mechanicum.

Sanctus amor Domini dulces mala vertit in usus,
Igneus unde capit tam grave pondus amor?

88. Excrementa Ornamenta.

Sordibus è vapidis, Deus, ornamenta capillos
Qui facis & numeras, quàm benè cuncta facis?

89. August. quest. sup Gen. sin l. 1. c. 88 (de Iacobo)

Cum magis etiam breve tempus longum esse soleat
amantibus; dictum est ergo propter laborem ser-
vitutis, quem facilem & levem amor facie-
bat.

Fereca

Scimus quod diligentibus DEUM. &c.

Ferrea vel moles levis est & dulcis amori,
Numen ama, quodvis sic leve fiet onus.

90. *Mel è felle.*

Si bonus es, fuges ex ipsis mella venenis,
Si malus, ex ipso toxica felle bibes.

91. *Ad pictores,*

Ex atris niveos quis conficit arte colores?
In bona vertit amans cum nigra fata DEUS.

92. *Sive pluat sive ningat. Asinus compluitur,*

Et tonat & ningit non semper lucidus æther
Milicat at pulcrè nix tonitruque pijs.

93. *Botanicum.*

*Sycomorus arbor Iudææ (media inter ficum, &
morum) non maturefcit, nisi scalpatur & ungatur
oleo.*

Non nisi sculpatur, fert, ac ungatur olivo,
Fructum Sycomorus; sic sine clade pius.

94. *Exundatio Nili. Vide Plin. l. 18. c. 18. l. 9. c. 58.*

Nilus ut exundans saturat lætamine campos,
Sanctis tristitiæ sic mare gignit opes.

95. *Triangulum Amoris, ex illo Augustini: Crede, ama, regna;
bon. 17.*

Felix credit, amat, regnat pius; idque triangulum
Non fors dissolvit, sed magè firmat, atrox.

96. *Quadratus an rotundus, vir bonus? Anshelm. de simil.
c. 168.*

QNA.

6027
Zur 6000 94

Paraphrasis Epigrammatica dicti Apostolici:

Quadratus lapis sex æqualia habet latera, in quod
horum cecidit &c. Hujus autem latera hæc sex sunt;
Prosperitas, adversitas, sui libertas, subiectio, in se-
creto esse, & in publico, & in quibus singulis, si à
diabolo impulsetur, stet nec à proposito moveatur.

Cubus & in quadro positus, quem Numina curant,
Vix ergo in puncto fors pila tangit eum.

97. Anima non est ubi animat, sed ubi amat.

Non anima in proprio sed amati corpore vivit,
JESUM qui deamat, nescit is ergo mori.

98. Dum patior, potior. Per angusta ad angusta.

Rebus in angustis Pietas augusta triumphat,
Et potitur, patiens tristia, mille lucris.

99. Æneas Silv. l. 1. de Alph. Fridericum III. Rom. Imp. dicere
solitum:

Malle se febrî teneri, quàm saltationi operam dare,
Quidam è veteribus: Tripudium seu chorea est cir-
culus, cujus centrum est diabolus, qui in medio cho-
rizantium est, ignem concupiscentiæ inflammans.

Centrum ubi forte Satan, giros ego nolo choreæ,
Malo febrim; prodest ignis hic, ille nocet.

100. August, de moribus Ecclesiæ Cathol. l. 1. c. 22.

Nihil est tam durum atq; ferreum, quod non amoris
igne vincatur &c. Nisi verò amatores auri, amato-
res laudis, amatores feminarum, amatoribus suis De-
us sinat esse fortiores &c.

Vincitur igne chalybs, vincuntur ahenæ flammis,
Cuncta sibi subigit Numinis, ignis, amor.

F I N I S.

ULB Halle

001 370 758



3

Gemmula Apostolica
 incantamenta, et
 longeque effi

Scimus quod
 bonum

Exosculatio centup
 dem distich

Ad Virum Reveren

Dn.

LOMÆUM
 Præpositum Am
 tem tum temporis

PAULO
 Qui hac tum
 solatio, tum
PAVLI CHR
 perat, cujus
 meditarus e

August. de cur
 mano quicquid
 sed humanita

Typis ex



0012

onum

in

toti.

umq;

agd.

ospi-

affeda

porum

ui unci

conce-

fuit, ita

ori hu-

alutis,

emo

R,

